Quelle: https://manuscripta.at/?ID=1180
Copyright: Klosterneuburg, Augustiner-Chorherrenstift

iam confesso sententiam amaram audiens hystorias ca-
pitale subyt sententiam. Qui si tam ipse diem ven-
turum precogitasset. nec loris et funibus cederetur vel
quod grauius extitit nec capite puniretur precauisset

De diuiciis comparatis sompno

Alius philosophus dixit. Huius seculi diuicie sunt transito-
rie sicut hominis sompnia dormientis qui euigilans
quecumque habuerat. in aperiendo oculos incorpa-
biliter perdit. sicut vulgo dicitur. Opilio quidam in
sompno mille oues habuit. quas quidam magno cu-
piens emere precio. ut carius venderet sic sompni-
anti visum fuerat. pro unaquaque duos solidos
dare volebat. Set qui vendebat cum duobus solidis de-
narium pro unaquaque poscebat. Illis disputacio. contenden-
tibus euanuit sompnus. Sed venditor dum ex sompno co-
pit. nondum apertis oculis clamare cepit. pro unaquaque
mihi viginti denarios tribue et quod est factum hunc
vero in modum transeuncia mundi gaudia sectantes et
diuiciis ut retineant inhiantes. dum repulso venien-
tis finis vite incipit. et quecumque cupita fert
velint nolint admittit. Item filius. Mortis nexi-
bus aliquomodo effugere poterimus. Pater. minime
quoniam ineuitabilis est morsus alius. nec mediantibus ar-
tibus eius auaras fugiemus manus. Filius. Quomodo
ergo ne nimis ledat sustinebimus. Pater. Fac sicut
dicit versificator. Quod vitare nequis. constanti
festine mente. Sic quia dura fuit. mors est mitis